



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 1. Julius Papa in obsidione Mirandulana Belliducem agit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ *LIBER CXXII.*

JULIUS II. PAPA.
 MAXIMILIANUS I. IMPERATOR
 OCCIDENT.

§. I.

*Julius Papa in obsidione Mirandula-
na Belliducem agit.*

Bayardi Equitis incursione adeo non Sæcul. XVI.
terrebatur Julius, ut ipsus denuo A.C. 1511.
in aciem copias suas educere statueret; unde die secunda Januarii Anno Sa-
lutis millesimo quingentesimo undecimo
Marian. lib.
30. n. 10.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. N Bono-

Sæcul. XVI. Bononia profectus , comitantibus eum
 A C. 1511. tribus Cardinalibus ad sua castra conces-
 sit, ubi in parvula rustici cuiusdam casa
 hostilium tormentorum fulminibus ex ur-
 be emissis exposita divertit, neglectis pro-
 pag. 22. vectæ ætatis incommodis, necnon digni-
Paris de
Graffist 3. *Hist. du Che-*
M. S. Vatic. *tatis suæ sublimitate ; nec magis sollici-*
valier. Bay-
ard. c. 3. *tus erat de Concilio, quod (*) convoca-*
Raynald. hoc
ann. n. 44. *turi essent, non enim sibi timebat, ne forte*
Spond. hoc
ann. n. 1. *eisdem speciosum exauctorationis suæ ob-*
Guicc. l. 9. *tentum suppeditaret. Omnibus hisce in-*
super habitis ipse castrorum ordines obe-
quitabat, diu noctuque tormentorum sug-
gestus perlustrans, oppugnantium opera
urgebat, ac tormenta locari jubebat, nunc
milites suos blanditiis, nunc minis stimu-
labat, totusque in eo erat, ut obsessorum,
quorum Pater erat, acceleraret exitium,
atque animarum, pro quibus tamen æ-
que ac pro sua Deo rationem redditurus
*esset, ruinam promoveret (**).*

§. II.

(*) *Hanc reflexionem Continuator ex Sponte*
anno mutuavit, qui tamen loco citato hæc verba
addit: Alioqui contra fas & æquum.

(**) *Insulsam Continuatoris Rhetorican*
prudens lector nauseabit. Ergone illi Reges,
qui Papam ad armorum societatem inducebant,
cundem ad promovendam animarum ruinam ex-
citabant.